



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De temporibus Ordinationum. Caput X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

CAPUT X.

ORDINES MAJORES.

De Temporibus Ordinationum.

PRIMA TONSURA.

1. In quocumque die, siue festo, siue profesto conferri hæc licite potest. *a Sanc. in consil. 7. c. 1. du. 52. nu. 1.*

ORDINES MINORES.

2. Minores verò possunt Primò, in sex Sabbatis additis pro conferendis Majoribus, quæ mox enumerabo.

3. Possunt Secundò, quocumque die Dominico, vel festo de Præcepto, etiam si solum in ea Diœcesi dictum festum habeatur, ut notat Castropalaus; *b Unde ego extenderem, propter paritatem rationis, etiam si in sola Civitate celebretur festum. Quamvis autem Alexander Tertius velit, ut in dictis Dominicis, & festis non conferantur dicti Minores Ordines, nisi uni, vel duobus: potest tamen paucis, quia ejus intentio solum est, ut non appareat Ordinatio generalis.*

4. Possunt Tertio, ex generali consuetudine, in die Veneris ante prædicta sex Sabbata (& Castropalaus e addit etiam in feria quarta Quatuor Temporum) quo sic sequentis diei labor Episcopis minuatur.

5. Præterea quamvis in Pontificali ad conferendos Ordines, etiam Minores, signetur tempus de mane; ex consuetudine statim etiam potest à prandio.

6. Rejicienda autem est saltem hodie sententia aliquorum, qui putantium Minores Ordines quovis die, quem elegerit Episcopus, posse conferri; hodie, inquam, quia Urbanus VIII. in h novo Pontificali addidit ordinationem Minorum, ultra Dominicam, solis diebus festis de Præcepto; id tamen non ligare manus Summi Pontificis, quasi non possit concedere alicui, ut alio tempore ordinetur, operæ pretium est, propterea, quæ num. 10. dicam, advertere.

7. Leander e videtur sibi contrarius, dum in uno loco negat, in altero affirmat licere Episcopis conferre Minores in festis duplicibus, non de Præcepto. Sed sanè hoc posterius negandū est, quia, ut vidimus, Urbanus VIII. requirit, vel Dominicam, vel festum de Præcepto.

8. Ordines Majores, idest Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium possunt conferri de jure in sex tantum Sabbatis: hoc est, in quatuor Sabbatis quatuor anni temporum, *in c. de eo, de Temp. Ord.* & in Sabbato ante Dominicam Passionis, & in Sabbato Sancto. Quod, si contingat propter multitudinem ordinandorum, vel gravem Episcopi ordinantis infirmitatem, non posse perfici ordinationes in Sabbato, tunc conceditur, ut in continuato jejunio, tum ab ipso in Lege Episcopo, tum ab ordinandis, compleatur die Dominico immediate sequenti. Semper autem conferuntur inter celebrationem Missæ. *c. 1. du. 51. nu. 4.* Unde, de mane.

9. Episcopatum quolibet die Dominico posse conferri jus n manifeste concedit, immo solum tunc licite posse, non verò in aliis diebus festis, probat Sanchez. *o Sanc. in c. Quod (qui unus in hoc dispensare potest) solet per Breve speciale, vel per Privilegia concessa Regularibus, de quibus mox, indulgere ut extra prædicta tempora, id est, ut extra sex memorata Sabbata, in tribus diebus festis, alicui conferri prædicti tres Majores Ordines possint.*

10. Dixi (de jure) nam Summus Pontifex (qui unus in hoc dispensare potest) solet per Breve speciale, vel per Privilegia concessa Regularibus, de quibus mox, indulgere ut extra prædicta tempora, id est, ut extra sex memorata Sabbata, in tribus diebus festis, alicui conferri prædicti tres Majores Ordines possint.

11. Quærun autem hic Recentiores, An Breve intelligatur, præter Dominicam, de diebus festis de Præcepto, quando in solum dicitur absolute (concedimus, ut in tribus diebus festis ordinari possit) Fagund, p. cū præcepto paucis probare pluribus contendit, intelligi quemcunque diem, in quo Ecclesia facit officium duplex, vel semiduplex, quamvis nō sit dies festus de præcepto, quia in jure ejusmodi dies vocatur absolute festivus, seu festum. Thomas q Hurtadus solum intelligit diem Dianam festum duplicem Majorem, quamvis non de præcepto.

Communis tamen opinio intelligit omnino diem festum de præcepto.

12. Nimis autem ositanter legit Pontificale novum Urbani Octavi quidam Junis Canonici peritus, qui nudius tertius con- tendebat contra Fagundez jam rem esse de- citam; si enim (aiebat) Urbanus pro Minoribus requirit diem festum de præcepto, Delugo in multo magis pro Majoribus; Oscitanter quidem, Urbanus enim loquitur de jure, at

nos in præsentia agimus ex Summi Pontificis Privilegio per suum Breve, alicui determinatæ personæ concessio.

14. Ego igitur, an sententia Facund. probabilis sit. saltem pro diebus festis duplicibus, nolo decernere; fortasse enim eam improbabilem esse contra versatile, & acutum alicujus ingenium evincere non possem.

Sed ajo, observandam omnino in praxi, ut eligatur dies festivus de præcepto. Ratio est, quia universalis consuetudo Ecclesiarum, & communis Episcoporum praxis videtur explicuisse, Summum Pontificem in his Brevibus, nomine festi, intelligere festum de præcepto; nam videmus, rarissime Episcopos vel le sequi opinionem contrariam, & ideo omnino prædictæ antiquissimæ consuetudini standum. Quam, ut amplectamur persuadet ritus, quem Sacri Canones semper requirunt, ut Ordinationes in diebus solemnibus celebrentur, quem certè ritum, etiam in privatis, seu privilegiatis ordinationibus, quantum fieri potest, par est sequi. Adde, valde rationi consentaneum esse, ut etiam in negotio ordinationis, nomine diei festi, non intelligatur, nisi illud festum, quod in communi hominum existimatione, festum censetur; hoc autem est festum de præcepto.

14. Solve hic, Lector, quaestiuunculam novam. Contingit in annorum decursu, ut aliquando incidat in feriam quartam, Cinerum festum de præcepto Sancti Marthiæ [simile quid evenire potest aliis diebus] in qua non fiat officium duplex Sancti Marthiæ, sed simplex feriae illius privilegiatæ. Quæro jam, an liceat, eo die conferre Ordines. Minores vel cum Brevis Pontificio supra dicto Majores? Ratio dubitandi est, quia Minores ex Urbano Octavo debent conferri in die Dominico, vel festivo de præcepto, & ex Brevis Pontificio in tribus diebus festivis. Cum ergo dies festivi de præcepto, præter Dominicam, soleant esse sub officio duplici, in feria autem quarta Cinerum prædicta non fiat officium duplex, sed feriae privilegiatæ, laus dubitari posse videtur, an nihilominus tunc conferri dictos Ordines, concedatur.

15. Respondeo. De hac difficultate olim interrogatus, negativè respondi, quia mihi tunc visum fuit collectivè requiri festum duplex, & festum de præcepto. Nunc vero maturius rem expendendo, affirmativè respon-

deo: Nam intentum Pontificis principale est, ut ejusmodi Ordines dentur in diebus apud Fideles solemnibus, & ad hoc sufficit diem esse de præcepto. Confirmatur, quia tum Urbanus Octavus in Pontificali novo, tum Brevia illa Pontificia solum dicunt, conferri debere eos Ordines diebus festivis, nihil de officio, an sit duplex, necne, vel an sit correspondens festo, an non. Confirmatur iterum ex Leandro, a quia in Brevibus prædictis ait, venire omnia festa, quæcumque sint, modò ab Ecclesia servari, mandentur. Nota illud [quæcumque sint.]

PER OCCASIONEM QUÆRIMUS, an Religiosi gaudeant Privilegio, ut ordinari licite possint extra Tempora?

16. Quod Nostra Iesu Societas hoc Privilegio gaudeat, communicando tamen ordinandis à solo Nostro Patre Generali, certum est ex Bulla Greg. b XIII. data sub clausula, ut b Greg. 11. ejusmodi Privilegium non communicetur Bulla aliis Regularibus.

17. Tam grave est hoc Societatis Privilegium, ut Castropalause damnet de mortali V in Præsentia Episcopum, qui aolit ordinare extra tempora VII. Scilicet nostrum præsentatum à dicto Patre Generali Ordinem [ut etiam, non servatis interstitiis, præsentatum à dicto Patre Generali, vel Provinciali] de Ord. Gregorius XIII. dum hæc nostris concessit, loquitur cum Episcopis per verba præceptiva, præcipimus, &c.

18. Quamvis autem Gregorius prædictus neget communicationem hujus Privilegii aliis Religiosis, non propterea ligantur manus Successorum Pontificum, vel Prædecessorum, quibus non sit legitime derogatum. Quare Marchinus testatur à idem Privilegium concessum fuisse.

I. Mendicantibus, & à Clemente Octavo absq; ulla limitatione, deinde confirmatum.

II. Monachis & Divi Hieronymi, & Sancti Benedicti ab Alexandro Sexto, & Eugenio Quarto.

III. Ordini, sive Congregationi Sancti Joannis Evangelistæ in Portugallia à Clemente VIII.

IV. Barnabitis à Gregorio Decimoquinto.

V. Pasqualignis h item testatur, concessum esse Theatinis à Gregorio Decimoquarto.

VI. Tho-

a Th. Hur. VI. Thomas Hurtadus ait, concedi omnibus, qui communicant in Privilegiis, & b
in mor. p. 2 Castropal. omnibus Mendicantibus, & qui
tr. 12. c. 1. communicant in Privilegiis Sancti Benedi-
n. 1848. b *Castrop. d.* cti: quæ tamen Pasqualigus loc. cit. limitat,
de Ord. p. quando communicatio non est generica, sed
13. n. 13. veluti sic, vel simili modo. *Communico vobis*
Privilegia alius concessa, licet fuerint illis concessa
saivre vocabiliter.

c Th. Hur. Sed Thomas e Hurtadus ait, Paulum
l. c. n. 1854 Quintum Minoribus, & Clementem Octa-
 vum Patribus Evangelistis concessisse hoc
 Privilegium sine ulla limitatione incommu-
 nicabilitatis. Quare, quæcumque alia Re-
 ligio cum his communicans, etiam per com-
 municationem generalem, illud participa-
 bit, etiam quoad Novitios, sed his cum Pa-
 trimonio, vel Beneficio juxta supra dicta.
d Th. Hur. Hoc Privilegium magnum vocat idem Tho-
l. c. n. 1818 mas d Hurtadus addeas, illi sine scrupulo
 se posse Episcopos confirmari: quæ eadem
 verba dixerat pro Mendicantibus Marchinus,
 loco supra citato.

19. Hæc Doctores prædicti, quorum fi-
 dem sublevandi, mihi, vel deprimendi, vo-
 luntas non est.

CAPUT XI.

De Interstitiis.

§. I.

Quid sint, & qua ratione servanda.

e Suar. de SACRI Canones vulgatis juribus præ-
Cens. d. 21 cipiunt, ut Ordines conferantur ordi-
l. c. n. 43. nandis cum certo temporis interval-
March. de lo inter unum, & alterum Ordinem; quod
Ord. tr. 3. p. certè ita constitutum est, ut interim per exer-
7. c. n. 16 citia inferioris Ordinis, promovendus ad Su-
Diana p. 3. periores disponatur.

n. 10. ref. 2. Hæc intervalla temporum vocantur
40. c. p. 4 Interstitia, quæ sine dispensatione, servanda
1. c. n. 109 ab omnibus sunt, etiam a Religiosis, præ-
Castrop. d. scindendo à Privilegiis, de quibus mox, idque
4. de Cens. sub mortali, quia res est gravis, licet ex com-
p. 10. s. 1. muni sententia non incurrat suspensio, nec
f. Lezana irregularitas ab eo, qui illa fortè non obser-
in summa vet, ut notat Suar. e aliique.

T. Intersti- 3. Hinc Lezzana f immeritò ex Bulla Pii
na. 3. II. (quæ, quamvis valdè fuerit amplificata
Tamburinus de Sacramentis.

à Sixto V. hodie tamen servatur solum jux-
 ta restrictionem factam à Clem. VIII, §) *g Cle. VIII*
 colligit, ordinandum non observantem In-
 terstitia, incurere suspensionem. Immeri-
 tò sanè. *Rom. Pon.*
in Bull. tr.
3. fol. 40.

Hæc enim Bulla tria solum edicit. Primò,
 ut suspensionem ipso facto incurrat; qui sine
 dispensatione Canonica, aut legitima licen-
 tia ordinatur extra tempora. Secundò, ut ean-
 dem incurrat, qui sine Dimissionis ætatem. Lezza-
 na autem illud (*sine dispensatione Canonica*)
 vult distinguere ab illo (*aut legitima licentia*)
 additque illud (*sine dispensatione*) cadere in a-
 lia impedimenta, atque adeo in impedimen-
 tum ex intervallo Interstitiorum, nondum
 decurso, & illud [*sine licentia*] cadere in
 prædicta tria. Verùm nimis gratis hic auctor
 loquitur; & illud [*aut*] clare ostendit,
 utramque clausulam cadere solum in illa
 tria, unamque ex ipsis clausulis esse alterius
 explicationem.

4. Porò inter primam Tonsuram, & O-
 stiatoriam non invenio, debere intercedere
 Interstitia.

5. Quoad Minores Ordines inter se, Tri-
 dentinum h requirit; ut ordinatus in Minori-
 bus promoveatur per temporum Interstitia,
 instructus in iis, quæ ad Ordinem exercen-
 dum pertinent. Insinuat ergo, debere inter-
 cedere aliquod saltem intervallum, ut ipso
 exercitio instruat in ordine recepto, & di-
 sponatur ad alium; sed quia non determi-
 nans intervalli spatium, addit, [nisi aliud E-
 piscopo expedire magis videatur] idè ipsius
 Episcopi prudenti arbitrio id remittitur. Vide
 §. sequentem num. 6. *h Trid. ses.*
23. c. 11. de
Reform.

6. Inter Acolytharum, & Subdiaconatum,
 Tridentinum loc. cit. requirit anni unius Ec-
 clesiastici [ut mox de cæteris ordinibus di-
 cam] intervallum. Excipe, nisi legitima con-
 suetudo aliud alicubi introduxerit, ut dicto
 num. sexto mox indicabo.

7. Inter Subdiaconatum, & Diacona-
 tum, atque inter hunc; & Sacerdotium ex
 eodem Tridentino debet annus intercedere,
 atque ex communi, tutissimaque sententia,
 Ecclesiasticus, idest ab uno Sabbato v. g.
 Quatuor Temporum Quadragesimæ ad a-
 liud simile Sabbatum sequentis Quadrage-
 simæ; etiam si non intercesserint eo anno
 duodecim menses integri. Ne sit tamen du-

M m bium,